



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Primis Et Ultimis Temporibus, Seu De Principio Et Fine Mundi**

**Ulloa, Joannes de**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1719**

Caput 6. De muliere amicta sole, Ecclesiam præmonstrante.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81404](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81404)

spiritum, & cum Antichristus mortales seducturus sit, inquit se esse illum, cum quo juxta Joannem regnaturi sunt sancti mille annis, & cum tota hæc trægædia duratura sit, non unâ, vel alterâ die, sed tribus continuis annis cum dimidio, quoniam toto illo tempore non destruet eum Dominus JESUS spiritu oris sui, sicut spiritu oris sui cohortem integram quondam posttravit. & sicut

*Apoc. 13.* Petrus oris sui spiritu interfecit parilud conjugum, cum hæc inquam ita sint, pauci illi, qui veri JESU Christi tenaces fuerint, tribulationem illam, quam dicit Dominus per Matthæum patientur ab illis, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi, qui tunc Antichristi partes sequentur. Et notat Marcus, quod perduellionem hanc patrabunt consanguinei ipsi. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium, & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum nempè quia, ut alibi citat Dominus ex Michea inimici hominis domestici ejus.

LXXX. Ex quibus omnibus inferitur, quod dicebam n. 77. videlicet, quod in eis tribus capitibus eorum trium Evangelistarum dat Christus signa tribulationum cõmuni utriq; excidio, templi scilicet, ac mundi: & tribulationum propriarum in excidio Hierosolymitano: & tribulationum propriarum in excidio mundi. Sed Dices. Post data hæc signa subjungit immediate Christus loquens cum suis discipulis tunc præsentibus, *His autem fieri incipientibus respicite: & levate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra*: Ergo discipuli illi visuri erant ea signa; at non erant visuri signa immediate præcedentia finem mundi, quippè non erant tunc victuri, siquidem omnes illi multis abhinc sæculis mortui sunt; ergo ea non sunt signa præcessura fini mundi, sed fini templi: nego primam consequentiam, quia cum Christus claudat apud Marcum totam prophetiam verbis illis, quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate: Inde est, quod licet Apostoli non victuri essent usq; ad tempus signorum destructionis mundi, sapienter dicuntur à Christo illa signa pro il-

lis fidelibus, qui tunc victuri sunt. Valeret objectio, si Apostolis solis, & pro illis solis, ea dicerentur: at neq; illis solis, neq; pro illis solis dicuntur, sed omnibus, ergo dicuntur eis, qui paulo antè finem mundi, atq; in ultimis eis perturbatibus vivent, ergo eis qui signa illa cernentes possunt sibi cavere ab ea face impostorum, & attollere caput, atque corroborari odore vicinæ salutis. Nego item minorè sumsumptam, quoniam sanctæ animæ Apostolorum tametsi Deo fruenter in cælo, scient procul dubio, quæ contingere incipient in Ecclesia militante. Ergo scientes incipere jam signa prædicta à suo Magistro, novo gaudio accidentaliter perfundentur quoniam appropinquat redemptio sua, hoc est reunitio cum suis præcis corporibus, fidsq; sociis antiquæ peregrinationis: quam reunionem, cum naturaliter appetant animæ separate, ut potè substantiæ incompletæ, licet absque ullo angore sint separate à corporibus, quamdiu DEUS vult, ob plenam resignationem in divinam voluntatem, hac de causa reunitio hæc potest vocari redemptio illarum ab statu utriq; incompletionis, atq; separationis ab amico antiquo, & fido; alias cum redemptio illarum strictè talis, id est à peccato facta fuerit per mortem Christi, & huic morti non præcesserint illa signa, planum est Christum non loqui de propinquitate strictæ illius Redemptionis.

## CAPUT VI.

*De muliere amicta sole Ecclesiam præmonstrante.*

LXXXI. Explicatis utcumq; aliis symbolis, & hyeroglyphicis, quibus Joannes, & Daniel loquuntur de hostibus invasuris Ecclesiâ in ultimis temporibus, ipsius Ecclesiæ hyeroglyphicum intueri, & expendere oportet. Sicut non dubito, speciem illâ, sivè imaginem mulieris sole vestitæ, quæ Joanni obversabatur aliquo ex multis eis modis, quos supra explicui cap. 2. significasse in sensu allegorico Beatissimam Virginem Mariam: Ita est mihi valdè probabilis sententia illorum Theologorum, qui censent hyeroglyphicum illud significasse in sensu

litte-

litterali Ecclesiam, ut in illis ultimis calamitosis annis mundi futuram. Quoniam ipsa natura rerum, quas tunc eventuras novimus ex scriptura, satis ostendit, tunc verificanda de Ecclesia omnia, quæ per metaphoram elegantè dicit Joannes de hac muliere amicta sole. Porro quando dico *Ecclesiam*, non intelligo quemlibet cœtum hominum ratione, vel prætextu rei sacræ convenientium, in quo sensu loquebatur scriba ille, qui sedabat Ephesios, & locutus etiam fuit Lucas tunc inquit: *Cum hæc dixisset dimisit Ecclesiam*; sed intelligo determinate solam Ecclesiam Christianam, & Catholicam Romanam; neq; hanc intelligo quoad omnia penitus sua membra, quia unum ex his, quæ de illa muliere scribit Joannes, est, *fugit in solitudinem*, difficile autem creditu est, quod omnes Catholici ad unum, viri, feminae, pueri, senes, ægroti, invalidi, fugiant in solitudinem. Intelligo itaq; Ecclesiam, hoc est Senatum Ecclesiasticum cum suo capite, nempe cœtum, sive congregationem multorum Episcoporum, & Cardinalium (nequè enim omnes omnino deserturi sunt greges suos in eis periculosis temporibus) cum summo pontifice, qui cœtus, seu senatus tunc representabit totam Ecclesiam, & in quo tunc consistet corpus Ecclesiæ, & ad quem tunc convolabunt multi fideles, tanquam aquilæ generosæ ad corpus.

LXXXII. Igitur dicit Joannes, *Signum magnum apparuit in celo*. Dicit signum, quippe illud, quod cernebat oculis corporis, imaginationis, aut mentis, juxta ea, quæ dixi capite 2. non erat à parte rei mulier corpore femineo, & anima rationali constans; sed signum, figura, emblemata, hieroglyphicum, sive imago mulieris, lege quæ ibi dixi num. 20. *magnum* non ratione quantitatis molis quasi species illa mulieris adeo procera, & vasta esset, ut globo solari, qui supra centies major est globo terraqueo, tanquam veste uteretur, sed ratione magnarum rerum, quas imago illa, circumdata solari luce, non vero substantia ipsa corporis solaris, præfigurabat. Apparuit in celo, non utique Empyreo, P. R. Ulloa de Principio & Fine Mundi.

Christallino, aut stellato, quos solos tres cœlos agnovi supra Disput. 1. num. 65. sed in aëro, de quo non semel dicit scriptura in sensu magis largo, *Volucres cœli, nubes cœli*, & sic solvitur nodus, quo Ribera stringitur: nempe quomodo Draco, id est Diabolus poterat esse in cœlo, ut partui mulieris insidiaretur, & cum Michaelæ præliaretur? Inprimis poterat esse in cœlo aëreo. Deinde non est necessarium, quod hæc contingerent physice à parte rei, ut Joannis visio verificaretur: potuit namque contingere aliquo ex multis eis modis, quos ibi protuli, & quorum immunitatem à falsitate, etiamsi res, quæ dicuntur visæ, non contingerent physice, ac realiter, explicui parabolârum, & Apologorum exemplo. Rursus illud in cœlo potest significare, in congregatione fidelium, hoc est in Ecclesia (Senatus profecto Ecclesiasticus in Ecclesia est) siquidem, ut merito advertit Gregorius *sepe in sacro eloquio regnum cœlorum presentis temporis Ecclesia dicitur*.

LXXXIII. Dicitur 2. *mulier*; potest hic significari Ecclesia non quoad omnia penitus sua membra, ut etiam dixi, quoniam fideles multi non fugient in desertum, cum de hac muliebri figura dicatur fugisse; sed in medio persecutionis Draconis erunt alii, quia nolent, alii quia non poterunt fugere ratione sexus, ætatis, valetudinis, & impedimentorum, quæ nunquam desunt. Resistentes alii, alii miserè succumbentes, quandoquidem ibi dicit Joannes, quod iratus est *Draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Jesu Christi*, id est cum bonis Catholicis, qui sparsi remanebunt per totum orbem; atq; hac de causa dicit, quod stetit supra arenam maris, quasi vocaturus marinum monstrum, quod ibi depingit, nempe Antichristum: hoc autem medium fuit draconi valde efficax ad suum finem persequendi Ecclesiam, quoniam, ut ibi dicitur de marina bellua, hoc est de Antichristo, ut supra ostendi n. 45. *datum est illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos*:

Cc

Et

**Dan. 7.** Et mox adoraverunt eam omnes, qui in habitant terram quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni. Et pridem dixerat Daniel de Antichristo eodem per cornu parvum præfigurato. Ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, & prævalebat eis. Continget enim tunc, quod modo etiam contingit, & propter eandem rationem

**Lib. de dono persev. c. 8.** melius esse judicavit miscere quosdam non perseveraturos certo numero sanctorum suorum: Ut quibus non expedit in hujus vitæ tentatione securitas, non possint esse securi. Sive ut prius dixerat. Unde

**Idem. de præd. cap. 8.** constat magnam esse gratiam, quod plurimi liberantur, & quid sibi deberetur in eis, qui non liberantur, agnoscunt: Ut qui gloriantur non in suis meritis, que paria vident esse damnatis; sed in Domino gloriantur. Muliebre itaque emblema illud non significat Ecclesiam, quoad omnia penitus individua humana quibus constat (non quia reprobi, nequeant esse membra Ecclesiæ militantis; sed quia non omnes illi fideles fugient in deserta loca) sed tantum quoad primaria capita: Nimirum quoad paucos illos homines, qui, curam habebunt cum Papa regendi Ecclesiam, fovendi, & alendi tanquam matres spirituales homines alios, terribus eorum temporum calamitatibus, & conservandi Ecclesiasticum regimen: Quod ne aboleatur cum Hierarchia Ecclesiastica, confugient illi ad dissita loca (en discessionem, quam forsitan innuit Paulus hoc est discessionem Ecclesiæ à Roma) declinaturi quoque ipsi rabiem, & furorem illorum decem principum, qui urbem Romanam flammis debebunt; sicut olim, ut sæpè dixi, senatores Romani confugerunt ad capitolium, ut fama conservaretur senatus, & reipublicæ, quando post prælium aliense hac illac dispersi sunt Romani, donec

**s. ad Thessal. c. 2.**

**Apoc. 17. 16.**

exul camillus fugavit gallos. Id non tollet, quod multi alii fideles sequantur cœtum illum, & senatum Ecclesiasticum, quia in hoc etiam sensu verificabitur, ut jam dixi, quod de ultimis temporibus prædixit Dominus. *Ubi cumque fuerit corpus (nempè Ecclesiæ,*

quæ corpus Christi dicitur) illic congregabuntur, & aquiles, quatenus generosi multi fideles, spretis terrenis omnibus, & ad sublimitia erecti, volabunt instar aquilarum ad vivendum aut moriendum cum illo corpore mystico Christi.

**LXXXIV.** Porro congregatio illa præfulum, & senatorum Ecclesiæ cum suo capite significata fuit Joanni. & per hunc nobis, sub hieroglyphico mulieris. Tum, ut sine violentia caderet metaphora, quæ postea adjungitur peperit, fugit, que sunt proprietates mulierum. Tum quia si Dominus ipse non dedignatus est assimilare se ipsum aquilæ respectu Ecclesiæ Hæbreæ, sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, imo, & gallinæ: *Quemadmodum gallina congregat pullos suos, &c.* Quid mirum quod mulieri affimilet senatorum dictum. Tum quia licet genus femineum appingatur interdum viris in scriptura dedecoris causa; verb. gr. *Filii discurrerunt super murum, &c.* Ubi *Gen. 4.* Jacob filios suos invidentes quasi mulierculas Josepho, & hunc unum solum ipsi (octo saltem) invadentes (atque idè *super murum*, hoc est ex loco securo, nec non *habentes jacula*, hoc est bene armati sua ipsorum multitudine) vocat *filias*; At multoties adscribitur eisdem amoris, atque custodia gratia, ut latè probo *Decade 4.* numero 127. verb. gr. *Haggæus nuntius Domini de nuntiis Domini* hebraicè ponitur terminatio fœminina, quasi dicamus, *de nuntiabus Domini.* Item *Gen. 1.* verba *Ecclesiæ filii David*, hoc est, *verba concionatrici.* Similiter *Uaias* alloquens populum Hierosolymitanum, & corroborans regem Ezechiam dejectum animo propter cuiusdam *Rabfacis* minas, inquit. *Despexit te, & subsannavit te virgo filia Sion, postquam caput movit filia Hierusalem.* Ecce temel, & iterum adscribit illi populo nomen femineum. Similiter *Jeremias* in suis *Threnis* populum eundem non semel vocat amoris, & teneritudinis causa *virginem* & *filiam*. Ergò, quod congregatio præfulum, & se-

& senatorum Ecclesiæ obijciatur Joani sub specie muliebri non est dedecus. Et quidem satis vulgaris est locutio hæc. *Mater Ecclesia*, insolens autem hæc *Pater Ecclesia*. Ratio autem ob quam species illa non dedecet est. Cum Patres familias speciali teneritudine prosequi soleant filias suas, & uxores, specialiq; vigilantia custodire illas, ut ostendat DEUS specialem curam, benevolentiam, & vigilantiam, quam habebit erga cæterus aliquos virorum, solet loqui de illis, aut cum illis, tanquam de, aut cum virgine filia. Initio ergo visionis videtur DEUS polliceri specialem benevolentiam, & providentiam (quam postea magis in particulari explicat) erga afflictum illum senatum Ecclesiæ, cujus senatores experientur, quæ olim subierunt Hæbrei in persecutione Antiochi, qui vulgo censetur typus Antichristi: *Egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & cavernis terre*: Atque idcirco sicut olim Synagogam vocabat virginem filiam per prophetas antiquos, sic Joanni objecit Ecclesiam Christianam, id est senatum dictum Ecclesiasticum sub specie mulieris adultioris jam ætatis, & præciosioribus cæli gemmis ornata. Certè Antichristus implacabile habebit odiū contra JESUM Christum, & de illis decem principibus, qui ei præcedent affirmat Joannes: *cum agnoscantur*. Ergo & hi, & ille implacabili insectabuntur odio senatum illum Ecclesiasticum, & suum caput, vicarium JESU Christi, ut Christianitatis capite rescisso, & alio in locum illius non suffecto legitime religio Christiana pereat. Senatus ille Ecclesiam representans non cedit illis, aut illi, quia promissum est: *Porte inferi non prevalebunt adversus eam*: Non resistet armis temporalibus, quia hæc permissa erunt tunc hostibus solis: Non habitabit quiete cum his, & in medio horum, ut satis constat. Ergo fugiet (sicut Christus, & Apostoli non semel declinarunt hostes) donec veniret tempus suum, atque speciali providentia, & amore DEI con-

R.P. *Illoa de Principio & Fine Mundi.*

fervabitur in terris. Repete, quæ dixi, & insinuavi supra num. 36. & infra 142.

LXXXV. Dicitur 3. *Amicta sole*. *ad Rom. 13.* Quoniam senatus ille audiens erit præcepto Pauli, semel, & iterum utentis eadem Metaphora. *Induimini Dominum JESUM Christum*, quia tunc maxime necesse erit, quod *carnis curam* ne faciant. & rursus *Christum induistis*: Et iterum. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum eum, qui Sc.* Ergo Ecclesiam esse indutam, vestitam, amictam Christo, qui toties vocatur *Sol* in scriptura, non est phrasis in scriptura inusitata, aut non est tortura verborum: Ergo absque violentia dici poterit de ultima illa Ecclesia, quod erit amicta sole justitiæ, & consequenter aptè potuit proponi Joanni sub imagine mulieris amictæ sole materiali. Dicitur 4. *Luna sub pedibus ejus*. Tum quia cum Ecclesia ex gratia, & favore DEI, propter assistentiamque spiritus sancti sit *columna, & firmamentum veritatis*, Lunam mysticè calcet, quæ symbolum est mutabilitatis: *Stultus sicut luna mutatur*, habetque pro tessera, & caractere, errores fugare, disjicere, & conculcare: Cumque Luna sicut stultorum, ita errorum sit imago propter longè plures errores phisicos, quos in suo cursu habet supra alia sydera errantia, siquidem nullus alius Planeta habet singulis mensibus errores, quos habet Luna, & nullus alius transilit per tot gradus terminos, sive tropicos solis, quippè illos transilit per 5. gradus huc, & per alios 5. illuc, quæ confidentia in transgrediendo terminos majorum, solet esse etiam proprietas stultorum. *Stultus transilit, & confidit*: Hac de causa jure apparuit Joanni Ecclesia illa sub figura habente Lunam sub pedibus suis. Tum quia Luna est notissimum symbolum sectæ Mahumetanæ. Ecclesia autem semper contempsit, ac quasi conculcavit hanc immundam sectam, quia errores alios triumphavit armis rationis, aut patientiæ: Hunc verò

verò repulit tanquam prorsus indignum rationalium, & porcorum proprium. Unde sub pedibus habet illum tanquam rem vilem, & prorsus indignam. Dicitur 4. *In capite ejus corone stellarum duodecim.* Hoc hieroglyphicum applicatum duodecim Apostolis, & explicatum invenies apud Rivera. Ubi adverte Christum Dominum apparuisse Joanni sub specie habentis in *dextera sua stellas septem*, quia ipse regebat septem illas Ecclesias, seu septem illos Angelos, id est Episcopos, ad quos scribi jubebat; Ecclesiam vero apparuisse sub specie habentis *in capite duodecim stellas*, quia Ecclesia non rexit Apostolos; sed ab his respectively, unoquoque in suo ordine, regebatur; quod si objeceris tertium decimum Paulum, respondeo, voluisse DEUM significare Joanni Apostolos, quos ipse, dum in carne mortali, & apud homines erat, elegit.

LXXXVI. Dicitur 5. *In utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat.* Hic sunt tres metaphoræ, prima habentis in utero, hoc bene cadit in eum, qui multa, & gravia habet, quæ dicat, nec leviori desiderio urgetur dicendi, sic Eliu ajebat. *Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus uteri mei. En venter meus, quasi mussum absque spiraculo, quod lagunculas novas dirumpit. Loquar, & respirabo paululum.* Ergo metaphora habendi in utero, cadit ab antiquo, in eum, qui habet multa, & gravia, quæ dicat; Atqui supremus ille senatus Ecclesiasticus abjectis omnibus aliis curis, & videns potentissimos hostes imminentes religioni; nempe decem illos confederatos principes, qui Romam subvertent, *bi unum consilium habent.* Et mox. *Ei odient fornicariam, & desolatam facient illam &c.* & dolens, quod *singularis serus depastus est eam*, nil aliud curabit, nisi dicere, clamare, urgere, prædicare gravissimas doctrinas religionis, & morum, aliis, qui cadent, ut resurgant, aliis ut E-

vangelicam doctrinam amplectantur loco illorum, qui huic renuntiabunt. Et tunc summus pontifex cum venerando illo cœtu, opportunè importunè arguet, obsecrabit, increpabit in omni patientia, & doctrina, quia tunc maximè erit tempus, quando populi sanam doctrinam non sustinebunt, sed coacerbavunt sibi Magistros purientes auri- bus &c. Ergo Ecclesia illa, hoc est ille pontifex, cum illo senatu, meritò proponitur sub metaphora habentis in utero. Secunda metaphora est, subeuntis partûs dolores. Bene quoque aptatur id senatui dicto; quoniam vulgare est in scriptura, explicare magnas angustias sub metaphora parturientis: *Quasi parturiens dolent, Item apud Jeremiam quasi parturientis, & passim alibi.* Atqui senatus ille in summa erit angustia propter immanes illas persecutiones, & propter vehementes desiderium, magna ex parte frustrarum, conservandi in hominibus Evangelicas doctrinas. Si enim sacerdos Mathias cum vidisset quendam Judæum apostatantem tempore Antiochi *doluit & contremuerunt renes eius.* Si Phinees videns quendam Zambri *ducem de cognatione, & tribu Simeonis ingredientem ad scortum Madianitidem zelo DEI correptus, perdidit utrumquè, ut DEUS ipse dixit Moysi. Zelo meo commotus est contra eos.* Si Jeremias integra illa quatuor Lamentationum capita edidit propter desolationem Hierosolymitanam factam à Rege Ægypti post infelix prælium Josiæ, ut insinuat scriptura: Aut factam à Caldæis post captivitatem Sedeciæ, ut communis est persuasio. Si inquam hæc, & alia similia satis nota, ita sunt; quibus torquetur cruciatibus supremus ille pontifex & sacerdotalis senatus in ultimo eo mundi quadrennio, & paulo antè, quando cernat, & audiat, tot Christianos renuntiare Christo, & nomen dare Antichristo hujus præcursoribus, & lateronibus? Videbit enim suo tempore fieri, quod

Apoc. 12.  
v. 1.

Apoc. 1.

Job. 32.

Apoc. 17.

Ps. 79.

Apoc. 13.

quod jam olim scriptum erat de bestia exaltata per Draconem, scilicet de Antichristo per Diabolum exaltato, DEO permittente. *Est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos* (nimirum quoad vitam temporalem eos, qui in æternum futuri sunt sancti, & quoad vitam animæ eos, qui ad tempus dumtaxat erant sancti) *& data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adoraverunt eam omnes, qui habitant terram, quorum non sunt &c.* En mortem animæ illorum sanctorum, qui ad tempus solummodo erant sancti, non clamabit, non cruciabitur sanctus ille senatus sciens, videns, audiens hæc? dicit sane cum illo Mathatia, *ve mihi, ut quid natus sum videre contritionem populi mei, &c.* Tertia metaphora est mulieris parientis. Et hæc convenit ei senatui, convenit enim prædicantibus Christum cum magno zelo, & difficultate; sic Paulus ad recidivos galatas scribens ait. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Sic ipse Dominus dignatur nomine Matris suæ eum, qui Patris voluntatem fecerit; *Ipse meus frater, & soror, & Mater est*, ubi Gregorius, Mater efficitur prædicando. *Quasi enim parit Dominum, quem corde audientis infuderit, & Mater ejus prædicando efficitur.*

1. Mach. 2.

ad Gal. 4.

Matth. 12.

Homil. 3. in Evang.

Lib. de Orat. Dom.

LXXXVII. Dicitur sexto, *visum est aliud signum in celo.* Hæc visio potuit esse aliqua ex tribus illis modis quos dixi capite 2. vel potuit spectrum illud representans magnum Diabolum, esse physice, ac realiter in celo aëreo: Aut in aliquo loco ex illis, ad quæ extenditur Ecclesia, quia hæc duo vocari solent in scriptura cælum, vel potuit esse inter fidos, & amantes DEI servos: Nam hos etiam honorat Cyprianus nomine cœli, intelligens de illis petitionem. *Fiat voluntas tua, sicut in celo, id est, in tuis fidelibus, & in terra, id est in eis, qui adhuc portant imaginem hominis terreni.* Quam expo-

sitionem commendat Augustinus. *Lib. de Dono* Hoc signum fuit *Draco magnus* (de *pers. cap. 3.* hoc disputavi jam supra numero 46. & 53.) & *rufus*: Propter savitiam, & sanguinolentam inclinationem, quia ut de rufis dicit antiquum proverbium *sub hac pelle non est sanguis, Martialis, sine felle*, & inter malæ indolis indicia non fuit oblitus ille ponere *crine ruber*, & consonat priscum hispanicum axioma, *de este pelo ni gato, ni perro.* De Diabolo bene dicitur rufus, quia ut suis filiis exprobatum audimus à Domino *ille homicida erat ab initio.* Hic Draco apparuit Joanni *habens capita septem, & cornua decem, &c.* utraque exposui numero 49. apparuit autem Diabolum terribili utraque specie armatus in capite, quia ex calliditate ipsius tanquam ex capite Draconis prodibunt decem illi principes, de quibus egi numero 50. In regionibus componentibus olim Romanum imperium, qui viam sternent Antichristo, nam *cum agno pugnabunt, inter quos nasciturus est Antichristus juxta Danielelem; Ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum: Qui Diaboli vestigia sequentes, potestatem tanquam reges una hora* (hoc est simul, vel per tempus brevissimum) *accipient.* Qui partim autoritate, partim vi spoliati suis dominis ab Antichristo, *virtutem, & potestatem suam bestie* (nempè Diabolo, qui ut dixi numero 53. est bestia, de qua loquitur Joannes in eo capite) *tradent*: Nimirum tradentes illam filio primario Diaboli, qui odio implacabili persequentes urbem capitalem Romani Imperii, in quo ipsi regnabunt, *desolatam facient illam, & nudam, & carnes ejus manducabunt, & ipsam igni concremabunt.* Quoniam in hoc etiam sensu valere solet Propheticum illud. *Perditio tua Israel.* Et ideo nequam ille, tamen alias Propheta, loquens de victoriis Romanorum supra gentes Orientales, subjunxit, *& ad extremum* (videtur loqui de ultimis temporibus mundi)

Lib. de Dono

de pers. cap. 3.

hoc disputavi jam supra numero 46.

&amp; 53.)

Propter savitiam,

&amp; sanguinolentam inclinationem,

quia ut de rufis dicit antiquum proverbium

sub hac pelle non est sanguis,

Martialis,

sine felle,

&amp; inter malæ indolis indicia non fuit oblitus ille ponere

crine ruber,

&amp; consonat priscum hispanicum axioma,

de este pelo ni gato,

ni perro.

De Diabolo bene dicitur rufus,

quia ut suis filiis exprobatum audimus à Domino

ille homicida erat ab initio.

Hic Draco apparuit Joanni

habens capita septem,

&amp; cornua decem,

&amp;c.

utraque exposui numero 49.

apparuit autem Diabolum terribili utraque specie armatus in capite,

quia ex calliditate ipsius tanquam ex capite Draconis prodibunt decem illi principes,

de quibus egi numero 50.

In regionibus componentibus olim Romanum imperium,

qui viam sternent Antichristo,

nam cum agno pugnabunt,

inter quos nasciturus est Antichristus juxta Danielelem;

Ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum:

Qui Diaboli vestigia sequentes,

potestatem tanquam reges una hora

(hoc est simul,

vel per tempus brevissimum)

accipient.

Qui partim autoritate,

partim vi spoliati suis dominis ab Antichristo,

virtutem,

&amp; potestatem suam bestie

(nempè Diabolo,

qui ut dixi numero 53. est bestia,

de qua loquitur Joannes in eo capite)

tradent:

Nimirum tradentes illam filio primario Diaboli,

qui odio implacabili persequentes urbem capitalem Romani Imperii,

in quo ipsi regnabunt,

desolatam facient illam,

&amp; nudam,

&amp; carnes ejus manducabunt,

&amp; ipsam igni concremabunt.

Quoniam in hoc etiam sensu valere solet Propheticum illud.

Perditio tua Israel.

Et ideo nequam ille,

tamen alias Propheta,

loquens de victoriis Romanorum supra gentes Orientales,

subjunxit,

&amp; ad extremum

(videtur loqui de ultimis temporibus mundi)

*Num. 24.* *etiam ipsi peribunt.* Antiquum est enim iustitiæ divinæ, quod ex gente ipsa, quæ ruinam meretur, ruina nascatur, sic de gente Caldæa prædixit Abacuc: *Ex semetipsa iudicium, & onus ejus egredietur.*

*Abac. 1.*

LXXXVIII. Prohibent itaque ex calliditate, tanquam ex cerebro Diaboli, dicti decem principes, qui spoliabunt, & subvertent Romam, quæ quondam erat ebria de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum JESU, propter immensam copiam sacri sanguinis, quem impiè effudit, & quem terra illa aperiens os suum suscepit, de manu Romanorum Carnificum: Et quæ forsan erit quoque ebria sub finem mundi de sanguine eorundem. Quatenus huic fidens, laxet plus solito habenas vitiorum. Hoc erit esse ebriam in alio sensu de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum JESU, nempe ex confidentia in sanguine, reliquiis, corporibus, & aliis sacris pignoribus, & audere ad enormia scelera patranda. Et dicitur illi, quod Romæ legis antiquæ, id est, Hierosolymæ dictum fuit per Jeremiam. *Hæc dicit Dominus exercituum DEUS Israel; Nolite confidere in verbis mendacii dicentes, templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* Et certè ibi duntaxat erat tunc templum Domini; Quia verò in hoc fidentes audebant scelera, ideo verba illa vocat verba mendacii. Sed objicies, qua veritate dicuntur decem illi principes proditores ex calliditate Diabolica, cum de se ipsa testetur æterna sapientia: *Per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt.* Respondetur, hæc duo esse à DEO; sed æquivocè, ac in diverso sensu, distributioneque accommoda. Decernere iusta undequaque, semper est à DEO, ut auctore, & causa per se; siquidem est absolute bonum, & scimus, quod

*Jerem. 7.*

*Prov. 8.*

*Jac. 1.*

*omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.* Reges autem regnare est quoque à DEO, ut au-

thore, quando ibi non subrepat vulgum peccatum; cæterum cum interdum subrepat, aut etiam palam committatur, ideo interdum reges regnare est à DEO, & per DEUM, pure permissivè: hoc modo regnabunt infelices illi decem principes, qui merebunt præfigurari decem carbonibus magni Diaboli: Objicies 2. Augustinum dicentem, *quid enim si nullo modo isto denario universitas Regum significata est, post quos ille (videlicet Antichristus) venturus est.* Unde sanctus Doctor non iudicat decem cornua, quæ apparuerunt Danieli in bestia præfigurante Romanum Imperium (& apparuerunt Joanni in bestia præfigurante Antichristum, & in præfigurante Diabolum gestantem supra se Romam & in præfigurante Diabolum persequentem senatum Ecclesiasticum Romanum) significare numerum definitum decem, sed indefinitum; fateor ita solere contingere in aliis locis scripturæ v. gr. *Mutasti mercedem meam decem vicibus* id est, est multis. Item, *En decies confundisti me*, id est, sæpè; At cum Daniel loquens de his decem cornibus, seu principibus, dicat. *Tria de cornibus primis evulsa sunt à facie ejus.* Hoc est Antichristi: Loqui videtur de singulari, ac definito denario, Atque ideò Hieronymus concludit, *Ergo dicamus, quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt: In consummatione mundi, quando regnum destruetur, est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se dividant, & undecimum surrecturum esse regem parvulum &c.*

LXXXIX. Ubi observa duo. Unum est. Cum septem capita coronata, sive septem reges, non apparuerint Danieli in bestia prænuntia Imperii Romani, sed soli Joanni in tribus bestiis præfigurantibus Antichristum, nec non Diabolum, cum gestantem urbem Romanam, tum persequentem Ecclesiasticum Senatuum Romanum; decem nihilominus cornua, sive decem principes dicti apparuerunt Danieli, & Joanni in

in quatuor insinuatis occasionibus, ut probavi numero 50. nempe quia omnes hi, secus omnes illi prodituri erant in, & ex regionibus componentibus priscum imperium Romanorum, de quo præcipue tunc agebatur cum Danieli & de quo postea præcipue agebat Joannes; sed ratio à priori est, quia voluit DEUS revelare Joanni & non Danieli Sacramentum illorum septem regum quos nominavi numero 49. & 52. Alterum est, cum in bellua marina prænuntiante Antichristum, viderit Joannes decem conua coronata, & septem capita sine coronis, propter rationem, quam dedi numero 50. in Dracone significante Diabolum persequentem Ecclesiam vidit rem in verso ordine, nimirum capita cum coronis & cornua absq; illis; Videlicet quia septem illi viri significati eis septem capitibus verè, ac realiter fuerunt reges coronati, ut dixi locis nuper citatis; alii verò decem non videntur futuri ex ordine regio, sed Dynastæ, sive potentatus, ut ajunt, quoniam de illis dictum fuit Joanni. *Potestatem tanquam reges una hora accipient.* Nequè dicas I, vocem *tanquam* interdum significare realitatem, & non meram similitudinem, ut in voce synonyma novimus, *vidimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à Patre.* Ubi certè non significatur mera similitudo, sed realitas. Est verum. Ast cum in casu præsentis, significantur diademata capitibus Draconis, & non cornibus: Fundamentum habemus ex hac contradictione ad suspicandum capita, utpote habentia tesseram, & characterem Majestatis, significare reges absolute tales; secus cornua, & consequenter ad opinandum Antichristum nasciturum de medio cornuum juxta Danielelem, & non de medio capitum & in suo principio futurum cornu parvulum juxta eundem Prophetam & non nasciturum ex ordine regio, sed ad summum ex ordine dynastiarum. Nequè dicas 2. Angelum eundem, qui Joanni dixit illud *tan-*

*quam dixisse immediate ante. Decem cornua, que vidisti, decem reges sunt.* Etenim subjungit protinus sensum, in quo reges erunt, nempe quia *potestatem tanquam reges &c.* Est autem vulgare in scriptura dare rebus nomen, non illius, quod sunt, sed illius, quod esse apparent, ut multis exemplis ostendi Decade 3. numero 92. verb. gr. *Stelle cadent de celo.* *Match. 13.* *Luna non dabit lumen suum. Duo luminaria magna &c.* Siquidem luna nec est *luminare magnum* in se ipsa, sed omnium minimum nec lumen illud est *suum*, cum corpus opacum sit. Et in hoc etiam sensu potest intelligi, quod alio loco ait Joannes de his cornibus. *Super cornua ejus decem diademata.* Quoniam Dynastæ quoque insigniri solent corona, ut ajunt ducali, & potestatem *tanquam reges* habent ut experimur in multis Dynastis *Europæ.*

## §. SECUNDUS.

XC. Dicitur 7. de hoc Dracone *cauda ejus traheret tertiam partem stellarum cæli, & emisit eas in terram;* Et hoc: Vel quia spectrum illud significabat eum, qui olim tertiam, hoc est, notabiliter magnam partem Angelorum secum præcipitavit è cælo, *caudâ suâ*, nempe exemplo, & persuasionibus suis, dignis, quæ caudæ potius, quàm capitis, aut manuum, opus essent (nisi fortè hoc opus tribuitur caudæ, ut insitatur eidem metaphoræ Draconis, cujus magnum robur solet inesse nervo, seu spinæ, qua formatur cauda) & consequenter spectrum illud significabat, non quemlibet, sed magnum ipsum Diabolum. Vel quia voluit DEUS significare plurimos, qui tanquam stellæ fulgebant in cælo Ecclesiæ, iusto DEI judicio seducendos esse suggestionibus caudinis Diaboli, & ex cælo puro Ecclesiasticæ doctrinæ ruituros in terram plenam immunditie, ut tunc etiam verificetur: *Qui thren. 3.* *nutriebantur in croceis amplexati sunt ster-*

ster-

*stercora*, & illis etiam dicatur quod sub typo regis Tyri dictum fuit suo Patri. *In deliciis Paradysi DEI fuisti, in medio lapidum ignitorum ambulasti; Et mox. In terram projecit te. Si enim ad illam sacrilegam vocem Jeroboami. Nolite ultra ascendere in Jerusalem. Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti: Decem tribus, hoc est decem partes Regni Hæbreorum, terga verterunt Hierosolimæ, ubi altare templum, & verus cultus DEI regnabat atque ad ineptias se converterunt; Quid mirum quod ad sacrilegas suggestiones Diaboli, & examinis Pseudoprophetarum, quibus tunc mundus scatebit plurimæ animæ quondam Deo devotæ intra claustra, & extra claustra, vertant dorsum senatui, & Episcopo Romano, apud quem vera doctrina fidei, & morum, atque ad fabulas se convertant? Libavit Germania, & magna pars Europæ septentrionalis hunc calicem iræ DEI tempore Lutheri, Calvini, & similibus. Possunt ergo hæc duo disjunctivè, aut enim copulativè significari eis verbis. *Cauda sua trahat &c.* Siquidem quibuslibet, qui non sunt electi *in ipso ante mundi constitutionem jure dicitur, si exaltatus fueris, ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahente, dicit Dominus.**

CXI. Dicitur octavo, quod *stetit ante mulierem, quæ erat paritura* (explicui numero 86. hanc metaphoram bene cadere in senatum illum Ecclesiasticum repræsentantem Ecclesiam, ) *ut cum peperisset, filium ejus devoraret.* Imprimis, qui dignatur vocare *Matrem suam* illum, qui facit voluntatem DEI, ut ibi ostendi ex Gregorio, & ex Evangelio, non dedignatur vocare se filium illius ejusdem: Est enim mutua hæc relatio licet sit disquiparantiæ, ut ajunt; atqui facer ille ultimus Senatus Ecclesiasticus cum suo capite faciet voluntatem DEI, quia in eo solo, aut saltem primariè conservabitur *una sancta; Catholica, Apostolica Ec-*

*clesia: Siquidem in illis ultimis temporibus admirata est universa terra post bestiam (nempe Antichristum) & adoraverunt Draconem; & rursus. Faciet omnes pusillos, & magnos, & divites, & pauperes, & liberos, & servos habere charactere &c.* Ergo Christus, qui est filius, quem paritura erat mulier illa, non dedignabitur vocare se filium senatus illius, recognosce, quæ dixi eo numero 86. Deinde quod Diabolus devoret rem sacram, quando excitatione aliarum specierum, & imaginationum, tollit eam de mente audientium, est metaphorica, quæ utitur ipse Dominus, inquiring de seminibus Evangelicis, *quædam ceciderunt secus viam, & veniunt volucres cæli, & comederunt ea.* Exponensque postea parabolam ait, *omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus & rapit, quod seminatum est* ) ecce autem Diabolicam distrahendi mentem humanam ad alia, & ingerendi imaginationes diversas, quibus verbum auditum deletur de mente, & in oblivionem abit ) *in corde ejus, hic est, qui seminum vim seminatus est.* Ergo volucres cæli comedere, & Diabolum devorare seminum verbum DEI, ita physicè à partè rei in eo quod rapit, abigat, arceat illud de mente hominum per intromissionem aliarum specierum, & imaginationum, tunc sic.

CXII. Ultima illa Ecclesia, nempe Papa cum suo Senatu, videns imminens, imo etiam grassantem pestem contra primarios articulos, quos de Jesu Christo credimus, v.g. contra hujus Divinitatem, contra Incarnationem Verbi, in quæ maximè invehetur Antichristus cum suis (atque idcirco prædixisse videtur Joannes, *omnis spiritus, qui solvit Jesum, hoc est, qui hypostaticam negat unionem, ex DEO non est: Et hic est Antichristus;* quam sententiam, ut sibi maximè advertebat ausus est expungere Nestorius, ut illi exprobat Cyrillus) videns inquam hoc Ecclesia illa, magnum aliquem, & extraordinarium faciet conatum in prædicando, docendo, & firman-

firmando in mentibus hominum, & consequenter juxta illum numerum 86: in pariendo Jesum Christum quoad Incarnationem Verbi, sive hypostaticam unionem Verbi cum illa individua humanitate, cujus unionis negatio est juxta Joannem character Antichristi: Omnis enim Paterfamilias tenetur extinguere ignem in ea parte domus, quæ ardet, & omnis Præfectus Arcis tenetur novis laboribus firmare muros, qua parte majore impetu adoritur hostis: Diabolus expectabit publicationem illorum Canonum, seu Decretorum; seu doctrinam, quæ tanto conatu edet illa Ecclesia circa personam Jesu Christi, ut hunc devoret (hoc est, ut hunc rapiat juxta paulò ante datam explicationem de volucris comedentibus, quod seminatium est) hoc est, ut hunc amoveat à mente hominum illorum, ingerendo, & ingeminando illorum phantasia crebras imaginationes diversas & contrarias, excitandoque in illis dubia, formidines, suspiciones circa veritatem horum articulorum. Et in hac rapina Christi à cordibus illis, videtur stare illud, ut cum peperisset filium ejus, devoraret. In eo nimirum sensu, in quo volucres dicuntur ab ipso Christo comedisse seminatium secus viam.

XCIII. Prævalebit nihilominus Consilium Dei, & licet à mente illius ultima generationis exulet Christus, id non eveniet ex eo, quòd diabolus devoraret eum, quia mulier, seu Ecclesia illa peperit filium masculum, qui Recturus erat omnes gentes in virga ferrea: Ecce loquitur de Jesu Christo, cui à Patre hoc datum est. Edet itaque illa Ecclesia ultimam, validam, & potentem vocem, quamvis jam moribunda in terris, super veritate Incarnationis verbi, atque Divinitatis Jesu Christi, sicut hic etiam morti proximus clamavit voce magna, & sicut primæ voces nascentis Ecclesie fuerunt, tum per caput suum visibile tuus Christus Filius Dei vivi. Tum per se ipsam Niceæ congregatam, quod ille idem Filius consubstantialis Patri incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine & homo factus est. Ita hæc erunt ultimæ, validæ, atque potentes, & publicæ voces contra eum, qui solvet Jesum

¶ P. Ulloa de Principio & fine Mundi.

quia sic solvens. Antichristus est juxta Joannem; verumtamen quia ex arcano judicio Dei futurum est id, quod ex Apocalypsi protuli num. 91. videlicet: Adoraverunt Draconem; Item, faciet omnes pusillos & magnos &c. Quodque ante primam destructionem mundi fuit, nempe, quod prædicane Noë poenitentiam ab admodum paucis ea vox audiretur: Ideo parturiente ultima illa Ecclesia per tam diros cruciatus & angustias Jesum Christum Dominum nostrum, hic non permanebit in terris hoc est non creditur ab infelice illa generatione hominum, qui adoraturi sunt Draconem, & Characterem Antichristi sumpturi; sed volabit ad coelum, quia tota illa prædicatio non habebit fructum in terris, sed in coelo, ubi pius labor remuneratur, tametsi effectum non fortiat, sicut remuneratus fuit gladius Abrahamæ, tametsi filii cervicem non resciderit, quia Genes. 22. fecisti hanc rem, & non pepercasti filio tuo unigenito, atque idcirco addit Joannes loquens de partu mulieris, raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus, id est non apparuit, non fuit visus effectus tam difficilis partus, quippe totus fructus & præmium fuit apud solum Deum acceptantem partum ipsius mulieris, sive illius ultima Ecclesie, in ordine ad remunerationem, & hæc divina acceptatio explicari potest per illam metaphoram raptus ad Deum, sicut Angelus quidam simili metaphora explicavit acceptationem illam Cornelio. Orationes tue, & elemosinae tue ascenderunt in memoriam in conspectu Dei: Et sicut idem Joannes explicat eandem Divinam acceptationem non ab simili phrasi, ascendit manus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo, hoc est orationes Sanctorum corroboratæ Angelico suffragio supplente humanos defectus, vel adjuvante recommendationem suam, acceptæ fuerunt à Deo; sicut etiam Raphael partim supplendo humanos defectus, partim adjuvando suas preces in orationibus alijsq; pijs operibus Tobie. Tob. 12. quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos &c. Potuit dicere: Ego obtuli orationem tuam Domino.

XCIV. Ille itaque raptus ad Deum & ad thronum ejus potest commodè

D d

intel

Luc. 10.

intelligi, sicut illud *ascendit*, & illud *ascenderunt in conspectu Dei*, quod totum resolvitur in eam doctrinam Christi; *si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem ad vos revertetur quasi dicat: Non propterea desinet acceptari à Deo vestrum studium, in ordine ad remunerandum; sed quia valde mirum & violentum erit contra rationalitatem, quod senatu illo Ecclesiastico prædicante, adeò acerrimè articulos prædictos circa Christum, ultimæ illæ gentes non credant, quinimò draconem adorent, & suscipiant caracterem Anti-Christi; hac de causa non dixit Joannes, quòd Filius ejus ascendit, aut quod reverius est ad Matrem, ut de pace dicebat Christus; sed quod raptus est ad Deum, quo aspero verbo insinuat incredibilem violentiam contra rationalitatem ipsam in eo, quod fructus partus illius Ecclesiastici totus esset apud solum Deum, quin aliquid apud homines illos maneret. Elegancia quippe verborum est, quod horum ipsorum qualitate, seu materialitate explicetur res, quam verba illa exprimunt. Cujus elegantia peritissimus inter sanctos Auctores est Isaias, ut ferè totus suus liber indicat, nec non Moyses in libro Jobi, & Paulus in Epistola ad Hebræos; inter sæculares autem Virgilius v. g. *Bromesq; Stropesque, & nudus membra Pyragmon*: quibus magis incultis verbis poterit explicari barbaries inculta Cyclosum! & alibi: *Sic oculos, sic ille manus, sic ora gerebat*. Quis dubitaret loqui hic fæminam de Puerò! non ergo est magna disparitas quoad rem significatam, sed tantum quoad modum significandi illam, inter *raptus*, & *ascendit*, sive *revertetur*. Neque objicias fore, ut Draco devorasset filium Mulieris, sive Jesum Christum tanto conatu prædicatum ab illa ultima Ecclesia, si verum est, quod dixi: Nimirum prædicationem futuram fore absque fructu in hominibus ultimis, siquidem, ut dixi num. 91. in hoc stat, quod volucres comedant seminatium semen. Non urget: dupliciter namque evenire potest, quòd Evangelicum Verbum seminatium tollatur de mente hominum, & in oblivionem mittatur. I. propter crebros illapius ima-*

Æneid. 9.

Ibidem 3.

ginationum, & specierum adversarum, ut ibi dicebam, provenientium à diabolo; Et in hoc stat, quod hic comedat, seu devoret seminatium. 2do. propter specialissimam, & extraordinariam permissionem Dei negantis (ex arcanis, & justis judiciis) auxilia efficaciam, quando aliàs causæ externæ, quæ suo modo movent ad bonum, potentissimæ sunt in suo genere v. g. quòd Pharaon non dimitteret Hebræos visis tot prodigiis factis per Moysen; quod Judæi non crederent Jesu Christo, visis tot miraculis &c. Quando hoc contingit, non comeditur, aut devoratur a Dracone quoad efficaciam, sed quoad sufficientiam fructus prædicationis, & partus Ecclesiastici, sed rapitur ad Deum, qui tunc elevatis in cælum oculis reverenter exclamandum. *O altitudo divinarum sapientia, & scientia Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus? quis enim cognovit sensum Domini? aut quis Consiliarius ejus fuit? Et sic exclamamus in utroque isto Casu infamato. Tunc sic.*

XCV. In ultimis eis hominibus contingeret sanè illud primum, sed multo magis eminebit hoc secundum (unde illud non habebit locum ad præsentiam hujus, sicut strepitus ranarum non supponit quando tonant, & fulgurant nubes. Vide, quæ dixi Decade 4ta. num. 1100. & seqq.) quippe res prorsus mirabilis erit, quòd ad præsentiam tantæ, ac tam validæ culturæ extrinsecæ, quam ultima illa Ecclesia ministrabit ultimis eis mortalibus, inscrutabilia Dei judicia, investigabilisque viæ, non opitentur illis interna subministratio eorum auxiliorum, quibus si existerent, illos præstendos prænoscit Deus (sicut nec Pharaoni, nec Judæis, sufficienter aliàs adjutus, opitulatus est; quinimo illum *conduravit*, & hos *excavit*) sed potius ita illos induret, & excæcet, ut ferè omnes adorent draconem, & Antichristi caracterem suscipiant: non ergo fuit devoratus à dracone, sed raptus ad Deum filius Mulieris, neque comestus erit à volucris fructus illius ultimi illius ultimi Ecclesiastici partus, sed remittendus ad inscrutabilia judicia Dei, & investigabiles vias ejus: Denique hunc.

Daniel. 7.

hunc eundem raptum filii Mulieris præfigurantis ultimam Ecclesiam prædixisse videtur Daniel, quando loquens de temporibus vicinis iudicio universali, inquit: *Ecce cum nubibus cæli, quasi Filius hominis veniebat* (hoc quasi ponitur à Daniele, sicut à Joanne illud alterum *quasi unigeniti à Patre*, & ambo ponuntur explicationis gratiâ, non verò ad significandam meram similitudinem, sive apparentiâ (& usque ad antiquum dierum pervenit, & in conspectu ejus obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum. Hæc vox in conspectu ejus obtulerunt eum, videtur significare idem, quod illa Joannis: *Rapuit est filius ejus ad Deum, & ad Thronum ejus*, & ambæ significant ultimum illum partem Ecclesiæ, hoc est ultimam prædicationem, sive vocem, non habituram fructum inter homines, quia omnes illi adorabunt Draconem & suscipient caracterem Anichristi (in his universalitatibus intellige semper tantum partem longè majorem juxta primam regulam, quam dedi & probavi Decade 1.) Atque idèò rapiendum, seu offerendum fore soli Deo. Additur autem, quòd dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, quoniam licet ab initio hæc omnia habuerit Jesus Christus, qui non est mentitus, quando dixit, *omnia mihi tradita sunt à Patre meo*; Verumtamen cum id non apparuerit palam omnibus gentibus: appariturum tamen fit in die iudicii, de quo ibi loquitur Daniel: Hæc de causa dicit hic, quòd tunc antiquus dierum *Dedit ei potestatem, & honorem, & regnum*. Frequens quippe est in Scriptura dicere, *rem tunc esse*, quando licet multò antè fuerit, tunc manifestatur, & omnibus palam fit rem illam esse, ut ostendi Decade 4. num. 16. & seqq. v. g. nunc cognovi, quòd timeas Deum: Cum multò antè cognoverit ille Angelus, quòd Abraham timebat Deum, & sic exposui ibi cum Augustino verba illa Pauli, quibus gloriabantur Ariani, *Cum autem ei omnia subjecta fuerint, tunc, & ipse Filius subjectus erit ei* (secundum humanitatem) qui illi *subjecti omnia*, ubi sanctus Doctor; *Non quasi modo non ita sit, sed tunc manifestum erit secundum locutionem superius tractatam, de quo postea Disput. 4. num. 97. Et*

similiter est frequens in Scriptura negare id, quod licet physicè sit, non appareat, seu non publicè constet esse; ut ut ibidem ostendi num. 22. v. g. De Melchisedech scribit Paulus. *Sine Patre, sine Matre, sine genealogia &c.* Quia licet hæc omnia haberet, non constabant publicè.

XCVI. Dicitur 9. quòd *Mulier fugit in solitudinem*, (fortè in Palæstinam, ut ibi sub cælo moriatur Ecclesia militans, ubi nata est: Et inde ascendat, unde suus Sponsus ascendit) De hac fuga Ecclesiastici senatus ex urbe Roma in loca disita satis egi Num. 36. & n. 84. Mulier itaque illa fugit in solitudinem, quia ultima Ecclesia videns, quod ferè totum illud genus humanum adorat draconem, & suscipit caracterem Anichristi dicit Propheticum illud: *Cura vimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus unusquisque in terram suam, & forsan venerandus ille cætus, edicit prius, quod prius quoque dicit Propheta ibidem: Fugite de medio Babylonis, & salvet unusquisque animam suam. Cui edicto consonat alterum illud Joannis: Audivi aliam vocem de cælo dicentem: Exite de illa populus meus, ut ne participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis. Et merito, quia sub finem Capitis immediatè antecedentis jam præmiserat decem illos principes, qui odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes ejus manducabunt, (hoc est, divitiis illam spoliabunt) & ipsam igni concremabunt. Undè mox sequitur vox potentis illius Angeli exclamantis: *Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum &c.* Harum calamitatum partim jam præsentium, partim jam tunc imminentium conscia illa Ecclesia, neque auscultans, sed dolens vanas voces populi, & Pseudo Prophetarum dicentium forsitan tunc, quod olim dicebant similes alii de Ezechiele: *In tempora longæ iste propheta. Fugiet in locum destinatum à Deo, ut conservetur (donec veniat ultimus dies) forma senatus Hierarchiæ, atque Regiminis Ecclesiastici; Atque ut fideles iparsi per mundum, quorum nomina scripta sunt in libro agni, habeant asilum contra crebros tunc emerituros errores.**

Dd 2

XCVII

- XCVII. Dicitur 10. quod Mulier habebat locum paratum à Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta, (nempe tribus annis, & dimidio, quod est tempus præfinitum absolutæ Monarchiæ Antichristi) sicut Eliseus habuit locum paratum à Deo, ubi securus versabatur, quando Rex Syriæ prædere ipsum volebat: *Domine aperi oculos hujus, ut videat, & aperui Dominus oculos pueri, & vidit: Et ecce mons plenus equorum, & currum igneorum in circuitu Elisei.* Sic erit locus pro hac prima fuga Ecclesiæ ad aliquod tempus paratus à Deo fugitivæ illi Ecclesiæ, ne hoc penitus aboleatur in terris ab Antichristo, & sui similibus ante finem mundi. Et sicut tempore Jezabel paravit locum centum Prophetis, ubi pascerentur ab Abdia, qui pavit eos *pane & aqua.* Ita providebit fugitivo illi Papæ, & suis senatoribus, non solum alimenta temporalia, etiam urgente edicto Vicarii Antichristi, *ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet caracterem, &c.* sed etiam alimenta spiritualia, quæ consistunt in fervente continua prædicatione Henoch & Elia, de quibus postea n. 115. qui illo eodem tempore exercebant suum ministerium, *prophetsunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis: nec non in fructibus hujus prædicationis: Non enim in solo pane & aqua vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit &c.* Quoniam licet fere totum genus humanum discesserit à Christo ad Antichristum juxta scripturas, quas toties produxi; Verumtamen faciet divina Clementia, quod fecit sæviente Jezabele: *Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal.* Nec non quod fecit in rebellionem populi Judaici à JESU Christo, de qua scribit Paulus citans Isaiam: *Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ salvæ fient.* Vide Augustinum: Et postea addit Apostolus: *Quod quærebat Israel, heu non est consecutus: Electio autem consecuta est, ceteri excæcati sunt.* Similiter in illa ultima quasi universali apostasia à Christo, electio consequitur; ceteri excæcabuntur. Atque idcirco Johannes prædicans universalem hanc Apostasiam adoraverunt eam (scilicet bestiam, quæ typus erat Antichristi) omnes qui inhabitant terram, accuratè subjungit, quorum non sunt scripta nomina in libro agni. Sufficenter insinuans aliquos fore, quorum nomina ibi scripta sunt.
- XCVIII. Dicitur 11. Prælium Draconis cum Michaelē, & finis quem prælium habuit: Totum hoc negotium exposui supra Num. 46. & seqq. Dicitur 12. quod Draco projectus in terram persecutus est mulierem, & quod huic data sunt alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, ubi alenda per tempus, & tempora, & dimidium temporis, hoc est, per tres annos, & dimidium, (quibus absolute regnabit Antichristus) sive per mille ducentos sexaginta dies, ut paulo ante dicitur ibidem, qui numerus dierum, mensium, & annorum licet non sibi respondeat exactè, nil refert, quippe, ut ostendi Decade 1, n. 40. scriptura solet non curare numeros parvos, sive, ut ajunt fractos, e. g. Cum constet, quod David in Hebron regnavit super 40. annos septem annis, & sex mensibus. Author libri tertii Regum capite 2. prætermittit hos menses, & solum scribit: *In Hebron regnavit septem annis.* Et cum Noë, quando genuit Sem non haberit, nisi quadringentos, & octoginta annos juxta calculum exactum Augustini, absolute dicit Moyses: *Cum quingentorum esset annorum, genuit &c.* Unde merito observat alibi S. Doctor: *scriptura sola tempora ita nuncupare, ut quod de summis perfectionis numeri paulum excrevit, aut infra est, non computetur;* Ne igitur te moretur tantilla diversitas, quæ est inter numeros prædictos dierum, mensium, & annorum; Victus itaque magnus Diabolus in eo prælio, sive in ea acerrima computatione cum Michaelē, quam dixi num. 47. & accepta illa repulsa à divino Tribunali, habens iram magnam, sicut, qui mordet chartas, & muros capite suatit propter amissas in ludo pecunias, sciens, quod non ideo pecunias recuperabit: sciens iterum, quod modicum tempus habet; nam ex signis, quæ videbit, & ex collatione illorum cum scripturis deprehendet, non distare multum mundis & hominum finem, persecutus est Mulierem id est, Ecclesiam illam, sive tenatum illum Ecclesiasticum ultimum; non ex spe delendi illum, sed ex pervicacia sicut

ficut contendebat pastor, quæ ibi citavi  
 & viclum frustra contendere Tyrsum; sed Senatus ille speciali providentiâ coelitus  
 adjutus ( quod significari videtur eis  
 verbis: *Data sunt Mulieri alæ duæ aquilæ  
 magna ut volaret, quia cæteris volucris  
 velocior est aquila; unde in exem-  
 plum velocitatis adducitur à Jeremia:  
 Velociores ierunt persecutores nostri aquilis.  
 & sublimior quoque, unde alius ponit  
 illam pro exemplo celsitudinis, si exal-  
 tatus fueris ut aquila. Et propterea sena-  
 rui illi sublimitate animi & velocitate  
 tunc indigente non dabuntur alæ col-  
 umbæ, quas desiderabat David: *Quis  
 dabit mihi pennas sicut columbæ: Quia tunc  
 non erunt dies blanditiarum, sed cala-  
 mitatis, & miseræ*) adjutus inquam sacer  
 ille catus speciali providentia, fugiet  
 iterum in locum alium, qui desertus  
 dicitur. Unde videtur, quod  
 Mulier illa, & Ecclesia per illam signifi-  
 cata fugiet bis. Primò, quando eveni-  
 ant, quæ dixi num. 96. & rursus,  
 quando illi Principes nequam indagent  
 locum, ad quem confugerat Papa cum  
 suis Senatoribus, in quo Casu fuga erit  
 magis velox, & miraculosa, quia inimi-  
 ci plures erunt, & magis solliciti capi-  
 endi prædam: quapropter in primo  
 Casu non dicit Joannes datas fuisse alas  
 Mulieri; dicit verò in 2.; Ergo casus  
 videntur diversi, & fugæ diversæ, &  
 verba exprimentia hanc fugam, de qua  
 modò, non sunt mera repetitio ejusdem  
 fugæ dictæ à Joanne vers. 6. Cap. hujus  
 12. & loca deserta, paratæque à Deo si-  
 ne difficultate possunt esse diversa.*

XCIX. Tempus verò licet diversis  
 verbis significatum, est idem propter  
 specialem rationem: si enim illi mille  
 ducenti sexaginta dies, quos dicit pri-  
 mò, & hoc tempus, & tempora, & dimi-  
 dium temporis, quæ dicit modò, forent  
 tempora diversa, sequeretur, quod à  
 fuga Ecclesiastici Senatus, quæ paulò  
 ante initium Antichristi contingeret, usq;  
 ad finem mundi, transirent essent anni  
 septem, nempe dies illi, & tempora  
 hæc, quia utrobique significantur  
 tres anni cum dimidio, cum levi differ-  
 rentia: At totum tempus Monarchiæ  
 Antichristi non est duraturum nisi tres  
 annos, & dimidium, ut crebrò dicit

Scriptura v. g. *Data est ei potestas facere  
 menses quadraginta duos. Item: Tradentur  
 in manu ejus usque ad tempus, & tempora,  
 & dimidium temporis. Item: Civitatem  
 sanctam calcabunt mensibus quadraginta duo-  
 bus. En semper tres ferè annos cum  
 dimidio. Item de cornu parvo assur-  
 gente in medio illorum decem, & præ-  
 figurante Antichristum, dixit Danieli  
 prædictus Angelus: Tradentur in manu  
 ejus usque ad tempus, & tempora, & dimi-  
 dium temporis; Mox autem: Et judicium  
 sedit, ut auferatur potentia, & conteratur,  
 & dispareat usque in finem. Ergo ab An-  
 tichristo destructo usque ad finem mun-  
 di restabunt juxta contrariam opinio-  
 nem alii tres anni, & dimidium; sed hoc  
 non cohæret cum illo, statim asserto per  
 Christum, quando dixit: statim autem  
 post tribulationem dierum illorum ( scilicet  
 Antichristi, & Pseudoprophetarum,  
 de quibus immediatè antè locutus fue-  
 rat ) sol obscurabitur & luna &c. & tunc  
 parebit signum Filii hominis in caelo, & tunc  
 plangent omnes Tribus terræ, & videbunt  
 Filium hominis &c. quæ sunt res comitan-  
 tes finem mundi. Anni sanè tres cum  
 dimidio non sunt 40. dies, aut quinquaginta,  
 quos infra dicam, ita ut possint  
 vocari statim; Ergo illi mille ducenti  
 sexaginta dies, quos prius dixerat  
 Joannes, & hoc tempus, & tempora, &  
 dimidium temporis, quæ modo dicit,  
 non sunt tempora diversa, sed tempus  
 idem diversimodè explicatum. Accedit,  
 quòd totum tempus, quod ponit  
 Daniel à tempore cum ablatum fuerit juge  
 sacrificium ( Ecce quod initio fux Mō-  
 narchiæ universalis faciet Antichristus,  
 conari nimirum in totalem abolitionem  
 præsentia realis JESU Christi in terris,  
 quæ in sola Eucharistia est ) & posita fue-  
 rit abominatio in desolationem ( nempe in  
 signum, & portentum, intelligendum  
 forsan à fidelibus tunc victuris, proxi-  
 mæ jam desolationis mundi, loco Eu-  
 charistiæ eriget in altaribus imaginem  
 suam, quippè suo Vicario datum est, ut  
 daret spiritum imagini bestia: & ut loquatur  
 imago bestia: Et faciat, ut quicumque non  
 adoraverint imaginem bestia:, occidantur )  
 sunt dies 1290.: & usque ad adventum  
 Christi, & regnum Dei paulò plures.  
 Beatus, inquit, qui expectat, & pervenit  
 usque*

asque ad dies 1335. sed anni septem habent multò plures dies; ergo ab initio Monarchiæ Antichristi, usque ad adventum Christi non erunt anni septem; ergo diversa illa verba, quibus Joannes explicat tempus, quo fugitiva illa Mulier, sive Ecclesia, aletur in deserto, non significant tempora diversa, sed unum, & idem, tametsi fugæ sint diversa, & loca etiam.

## §. III.

C. Igitur Mulier, seu Ecclesia illa ultima, hoc est Papa cum suo Coetu, & Senatu Ecclesiastico, bis fugiet, ut dicebam. 1. Quando videat se sine fructu desiderato parturire Iesum Christum in ultimis eis hominibus apostatantibus ferè omnibus à Christo, ut dixi num. 96. Et videat insuper decem illos Principes, Prodromos Antichristi, & quos hic sibi subijciet, destruere, spoliare, & comburere Romam: *odient fornicariam!* &c.

2b. cap. 17.

2. Quando victus diabolus à Michaelè, desperatus, & furoris plenus invadet Senatum illum in loco, ad quem confugerat ex Urbe Roma, & ex quo loco iterum fugiet Papa cum eo Senatu, miraculosa, vel saltem specialissima Dei providentia protectus, ut significare videntur illa verba: *Data sunt Mulieri duo alas aquilæ magnæ, ut volaret:* Hæc invasio seu persecutio diabolica poterit esse duplex: una externa per emissarios suos manu armata tendentes ad extinguendum Reliquias illas, & scintillas Christianitatis. Altera interna per semetipsum suggerendo illis (quia licet Sancti adhuc erunt in statu viæ) pravas imaginationes, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest etiam Electi. Contra invasionem illam, & persecutionem externam erit externum quoque subsidium significatum per concessionem alarum illarum; sicut etiam externè auxiliatus est Deus Ecclesiæ Hebrææ per divisionem maris rubri, quando fugiebat ex Ægypto. Contra persecutionem internam Draconis erit subsidium internum, quod Ecclesiæ Hebrææ subministravit quoque Deus. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus, & dabo ei vinctores ejus ex eodem loco, & vallem Achor ad aperendam spem, & canet ibi juxta dies juven-*

Osee 2.

tutis suæ, & juxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti &c. Sic videtur Deus gesturus se cum ultima Ecclesia Christiana, ducendo illam miraculosè ex prima ad secundam solitudinem, ubi fervor renovabitur primitivæ Ecclesiæ, & recens quondam eductæ ex servitute Paganismi: *Canet ibi juxta dies juvenutis suæ, & quando obrutis mari Ægyptus dicit cum Moyse: Cantemus Domino gloriosè &c. Idem canet Ecclesia in fuga secunda.*

CI. Neque in hoc secundo loco deserto, sicut Draco quiescere illam Ecclesiam, ac propterea addit Joannes: *Misit serpens ex ore suo post Mulierem aquam, tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine.* Hic sunt variæ Metaphoræ. 1. Flumen, & significat multitudinem populorum, quia Joannes ipse de ultimis etiam illis temporibus loquens ait, se audisse è quodam Angelo. *Aque, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & lingua:* Multitudinem inquam impetuosam, qualia flumina esse solent, juxta illud: *Fluminis impetus laxavit &c. 2. ex ore suo:* & significat, quod instigatione, ac doctrinâ, & suasionè diabolicâ coibunt illi populi ad querendum, capiendum, & trucidandum illum Senatum Ecclesiasticum. 3. ut traheretur à Flumine, cum potius videatur, quod flumen impetu suo propellere, protrudere, & ulterius rapere Mulierem debuisset juxta illud: *Præcipitque trahit secum Sylvas;* sed cum homines nequam avocentur, & revertentur per diabolum, sicut aquæ per fluxum, & refluxum maris, & sicut fulgura per motum Divinum, *nunquid mitres fulgura, & ibunt, & reverentia dicent tibi, adsumus:* Hac de causâ Draco misit flumen tanquam hamum ad capiendum Mulierem, nam ubi primum flumen assecutum fuisset illam, resorberet Draco, & attraheret ad se flumen, & cum eo prædam Mulieris, scriptum est enim *rapere prædam dum attrahit eum;* Harum Metaphorarum sensus videtur esse: Diabolum videntem primam illam Ministrorum suorum manum non potuisse prendere Senatum eum Ecclesiasticum, utpote speciali Dei auxilio adjutum ad fugientem

fugiendum, instigaturum, & missurum per illos decem Principes novum exercitum magis instructum ad prendendum illum, ita ut eum senatum possit haberet apud se; hoc est inter manus suorum, & hos, qui novum hoc scelus patrassent magis intimos, & magis intra se haberet; sic Saul inhians sanguini Davidis, & sciens, primos suos liatores non in-

3. Reg. 19. jecisse manus in eum: *Misit & alios nuncios. Et rursus misit Saul tertios nuncios.*

4. Reg. 1. Sic Ochozias audiens, quod primus quinquagenarius cum suis, quem miserat ad capiendum Eliam, devoratus fuerat igne coelesti: *Rursus misit Principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo.* Et rursus alium cum alijs quinquaginta; mirum itaque non erit, quod Draco inhibitus à Deo, ne per se solum, & immediatè sæviat in Senatum illum, & duntaxat permissus sævire per suos ministros, videns, quod primi missi redierunt re infecta, eò quia Senatus ille velocitate aquilinà fugisset sub protectione Dei ad alium locum, mittat de novo alios ad illum capiendum in eo alio loco, ad quem confugerat.

II. Dicitur 12, quod *aperuit terra os suum, & absorbit flumen, quod misit Draco de ore suo.* Etenim si, ut nuper dicebam, coelestis ignis devoravit duos illos quinquagenarios, & duos illos quinquagenos militum, quos misit Ochozias ad capiendum Eliam. *Descendit itaque ignis de caelo, & devoravit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo.* Si rebellantes

Num. 16. illos contra Moysen, & Aaron devoravit terra. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis.* Si exercitum totum Aegyptiorum persequentium Ecclesiam Hebræam absorbit mare; *Inimicos autem illorum demersit in mare:* Si exercitum missum à Rege Syriæ ad capiendum Elisæum percussit Deus cæcitate.

4. Reg. 6. *Percussitque eos Dominus, ne viderent;* Si inquam cum Ecclesia Hæbreæ habuit Deus hanc providentiam, non erit multum Omnipotenti facere, quod terra devoret exercitum, seu manum illorum militum, quos Draco instigabit & urgebit, ut iniecentur, & capiant fugitivum illum ultimum Senatum Ecclesiasticum, repræsentatum per dictam Mulierem,

& repræsentantem Ecclesiam totam Catholicam illius ultimi temporis. David à quadam anu dolorem simulante imploratus: *Querunt extinguere scintillam, quæ relicta est:* Juravit, inquit: *Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.* Non ergo erit mirum, quod videns JESUS CHRISTUS flumen illud militum emissum ex ore, seu instigatione Draconis ad extinguendum eam Christianitatis scintillam, quæ relicta tunc erit ex cunctis mortalibus, qui ferè omnes apostatabunt ab ipso Christo Domino, jubeat tetram devorare illud, ne cadat de capillis capitum illorum venerabilium super terram. Adjuvabit ergo terra fugitivam illam Ecclesiam devorando eos, qui illam cogent ad fugam secundam.

CIII. Dicitur tandem, quod iratus Draco in Mulierem abiit *facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium JESU CHRISTI.* Prælium autem fuit cum alijs fidelibus per Urbem sparsis, qui fugitivum illum Senatum sacrum sequi non potuerunt: & fuit per excitationem Antichristi; nam tunc dicit, quod Draco *stetit supra arenam maris, & quod ipse Joannes vidit de mari bestiam ascendentem, quam typum esse Antichristi dixi supra n. 51.* Undæ prædictæ duæ fugæ Senatus illius Ecclesiastici non erunt propter persecutionem Antichristi, qui venturus est immediatè post utramque; sed propter persecutionem illorum decem Principum, qui Romam evertent, spoliabunt, & comburent; quia cum futuri sint inimici agni, inimici quoque erunt Vicarii agni. *Hi cum agno pugnabunt &c.* igitur

videns diabolus conatus suos prendendi, & trucidandi Papam illum cum ejus Senatoribus semel, & iterum irritos fuisse, detorquebit suum furorem per dictam Antichristi excitationem, non contra Christianos utcunque, sed contra Catholicos Romanos, *cum reliquis de semine ejus, & non contra hos omnes, sed contra illos, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium (bonum utiq; & approbationis) JESU CHRISTI.* Hi multi adhuc erunt sparsi per totum orbem terrarum, respectu vero improborum sequacium decem illorum Principum

oppugna-

2. Reg. 14.

Apocal. 17.

oppugnatorum agnum, & expugnandorum ab Antichristo protinus emersuro de medio ipsorum (sicut de medio ligni nascitur tineam, quæ lignum corrodit) paucissimi erunt, quia abundante iniquitate, refrigescet charitas multorum, quapropter verificabitur tunc de Catholicis Deo obedientibus, quod de ipsorum typo, & umbra scripsit Isaias: *Relinquetur in eo, sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum, vel trium, o livarum in summitate rami, sive quatuor, aut quinque in cacuminibus ejus, fructus ejus: quibus definitis numeris satis explicat indefinitè paucitatem fidelium superstitum: Et de Ecclesia Catholica verificabitur, quod de sua figura, id est, de Hierosolymitana, prædixit ille Propheta. *Derelinquetur Filius Sion, ut umbraculum in vinea, & sicut turgurium in cucumerario, & sicut Civitas, quæ vastatur. Afflictiúsque ille Senatus dicit: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorra similes essemus. Hac de causa, & quia residui illi Catholici, qui custodiant mandata Dei, hæc, & illac sparsi erunt per totum mundum absque commercio inter se, aut practicâ notitiâ aliorum de aliis, dicebam, quod Ecclesia supponet tunc pro illo casu Senatorum cum suo Capite, & quod de hoc solo cætu possunt commodè intelligi, quæ Joannes dicit de Muliere præfigurante ultimam Ecclesiam. Contra illos ergo de femine legitimo Mulieris, sive Matris Ecclesiæ, excirabit Draco sævam procellam Antichristi. Sic olim Gabaonitæ nequeuntès ulcisci se de Saule, è vivis crepto, detors'erunt iram suam contra eos, qui erant de femine Saulis.**

*2. Reg. 21. Dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino. Et postea: Crucifixerunt eos in monte coram Domino. Sic diabolus inhibitus à Deo, ne Jobum violaret, in eum ne extendas manum tuam, semen illius invasit: Repentè ventus vehemens irruit à Regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt. Sic demum ad finem mundi complebitur, quod mundi initio dixit Deus eidem serpenti in multiplici sensu: Inimicitias ponam inter te, & Mulierem, & semen tuum, & semen illius.*

CIV. His positis, argumentor sic: Tametsi expositio hucusque data totius hujus hieroglyphici Mulieris amictæ sole, non sit certa constans, & inconcusas est tamen satis consentanea scripturis inter disputandum datis, & multis aliis, quas tacitas præterivi, in quibus Spiritus sanctus prædicebat per suos Prophetas, ultima tempora, ultimásque calamitates Ecclesiæ Hæbreæ Hierosolymitanæ, quæ typus erat, & figura Ecclesiæ Catholice Romanæ. Ergo data expositio hujus totius symboli probabilis est, quamvis non certa: Ergo Mulier illa amictæ sole cum cæteris, quæ de illa scribit Joannes, probabiliter præfigurabat Matrem Ecclesiam Catholicam, ut futuram in ultimis temporibus mundi, sed non Ecclesiam, quoad omnia & singula ipsius membra, v. g. quoad viros, & feminas, quoad senes & pueros, quoad Ecclesiasticos & sæculares, quoad civiles & agrestes, quoad sanos & ægros: quia creditu est difficile, quod omnibus & singulis conveniant omnia & singula, quæ dicuntur de illa Muliere, & quia hi dispersi per totum globum terraqueum absque commercio & notitia inter se, non formabunt unum cætum, unamve communitatem quoad specificas eas actiones & passiones humanas, quæ prædicuntur de illa Muliere; & quia Joannes apertè distinguit inter Mulierem, & eos, qui sunt de femine illius, quos illa fugiente Draco persecutus fuit. Ergo dicendum videtur, quod Mulier per Joannem significata est Ecclesia restricta ad senatum Præsulum, & Capitem Ecclesiæ: sed hæc sine suo Capite electo jam autem eligendo post illas morulas temporis, quas secum fert humana conditio, non est absolute, ac simpliciter Ecclesia, quam Christus instituit: Ergo Mulier illa præfigurabat Cætum, Congregationem, ac senatum Præsulum, & subalternorum Capitem Ecclesiæ, futurorum in ultimis eis temporibus, cum suo supremo Capite Episcopo Romano: Ergo huic Senatui cum hoc Capite probabiliter evenient omnia, quæ sub typo dicte Mulieris prædicit Joannes.